

124 Quidam exburlauit solidos 10. & emit ficus ex quibus vendidit 300. dando 5. minus pro solido quam habuerat & ficus qui superfuert cum solidis 300. ficuum venditor iuncti in numero fuerunt 100.

Quæritur pretium ficuum & quot sicut superfuert pone quod habuerit 1 co. ficuum pro solido igitur pro solidis 10. habuit 10 co. ficuum & quia vendidit 300. & dabat 5. m. quam habuisset & habuerat 5. m. quam receperat & receperat 1 co. ficuum pro solido igitur dedit 1 co. m. 5. ficuum pro solido diuide 300. per 1 co. m. 5. exit 1 co. me. 5. & hi erunt solidi & quia vendidit 300. ficus & habebat 10 co. ficuum igitur remanserunt ei ficus 10 co. m. 300. & hoc cum solidis qui sunt 100. me. 5. æquatur 100. vt proponit thema reduc ad integra multiplicando per 1 co. m. 5. fient 300. p. 10 ce. m. 350 co. p. 1500. æqualia 100 co. m. 500. reduc ad vnum censum & detrahe detrahenda fient 1 ce. p. 230. æqualia 45 co. igitur res valet $22\frac{1}{2}$ p. R. 276 $\frac{1}{4}$ & tot ficus habuit pro solido.

105 Quidam vendidit br. 10. veluti pro quadam quantitate aureorum deinde eodem pretio exburlauit aureos 15. emens velutum & fuit quantitas aureorum pretij 10. brachiorum quæ superfuert exburlatis 15. aureis diuisa per quantitatem brachiorum veluti empti 15. aureis $1\frac{1}{5}$ quam facta diuisione conuersa idest, diuisis br. veluti empti pro 15. aureis per aureos qui superfuert exburlationi 15. aureorum de pretio 10. br. veluti venditorum quæritur igitur valor veluti.

Circa hanc nota hanc regulam Fratris Lucae notabile quod cum volueris inuenire duos numeros ex quorum diuisione maioris per minorem proueniat $1\frac{1}{24}$ gratia exempli plus quam ex diuisione minoris per maiorem : tunc diuide illud plus quod est $1\frac{1}{2}$ & fit $\frac{3}{4}$ quadra fit $\frac{9}{16}$ adde ei vnitatem semper pro regula fit $\frac{25}{16}$ huius R. quæ est $1\frac{1}{4}$ m. $\frac{3}{4}$ quod est medium differentia est minor quantitas & alia erit $1\frac{1}{4}$ p. $\frac{3}{4}$ vna erit igitur $\frac{1}{2}$ alia 2. id est quod maior habebit duplam proportionem ad minorem, & minor subduplam : dicemus igitur quod illi numeri erunt in proportione dupla & $\frac{1}{2}$ & 2. erunt numeri residuantes $1\frac{1}{2}$.

Ex hac faciliter soluitur quæstio diuide igitur per regulam $1\frac{1}{15}$ fit $\frac{16}{15}$ duc in se fit $\frac{256}{225}$ adde vnitatem fit $1\frac{64}{225}$ accipe radicem quæ est $1\frac{2}{3}$ cui adde dimidium quod fuit $\frac{1}{3}$ fit $1\frac{2}{3}$ & ita dicemus quod numerus aureorum superfluentium ad brachia est in proportione $1\frac{2}{3}$ ad 1. hoc cognito pone quod vendiderit velutum 1 co. aureorum pro brachio igitur vendidit 10 co. aureorum quare cum emerit velutum pro 15. aureis eodem pretio igitur si 1 co. aureorum valet 1 brach. veluti quid valebunt 15. aurei & valebunt $\frac{15. bra.}{1 co.}$ & tot brachia habebit & quia supponitur ipsum habuisse 10 co. aureorum & exburlauit 15. aureos igitur remanserunt ei 10 co. m. 15. & hoc debet esse in proportione $1\frac{2}{3}$ ad 1. cum illo fracto videlicet $\frac{15. bra.}{1 co.}$ quare multiplica $\frac{15. bra.}{1 co.}$ per $1\frac{2}{3}$ fit $\frac{25. bra.}{co.}$ & hoc

æquatur 10 co. m. 15. multiplica partes per 1 co. & habebis 25. æqualia 10 ce. m. 15 co. quare 10 co. quare 10 ce. æquatur 25. p. 15 co. & 1 ce. æquabitur $2\frac{1}{2}$ p. $1\frac{1}{2}$ co. igitur res valet $R. \frac{49}{16}$ p. $\frac{1}{4}$ quod est dicere $1\frac{1}{2}$ & tantum valet velutum pro brachio videlicet aureos $2\frac{1}{2}$.

Quidam stante statuto Mediolani vt in 106 octuagesimaseptima quæstione reliquit vxori vsufructum medietatis omnium bonorum quæritur in quot annis extinguetur hic vsufructus scias quod stante supposito redditus ad 5. pro 100. in toto vsufructu extinguetur vt dictum est in annis 5. & mensibus 10. diebus 27. & parte illa verum quia fructus non colliguntur nisi in capite anni ideò melius est dicere quod habebit vsufructum 5. annorum & $\frac{1501653}{12800000}$ sexti anni & est quasi sed quia legistæ Mediolanenses habentes considerationem quod fructus non sunt æquales nec communiter attingunt ad 5. pro 100. ideo pensitatis omnibus reduxerunt terminationem vsufructus ad 7. annos ita quod habent in communi vsu vt in 7. annis completis bona redeant ad hæredes.

Est etiam aliud sciendum quod quantum statuta sunt stricti iuris & lex semper fauet iuri communi ideò licet tota hæreditas non gaudere intelligatur fructibus ad 5. pro 100. vt apparet ex illorum obseruatione attamen quarta vxoris gaudet vsufructu ad 5. pro 100. quæritur igitur his stantibus primo vsufructus hæreditatis ad quantum pro 100. dicitur stare supposito quod finiatur in 7. annis quarta vxoris trahente ad 5. pro 100.

Sic facito posse quod quarta pars capitalis sit 1600000000 & prouentus totius capitalis sit 1600000000 co. igitur prouentus quartæ erit $\frac{1}{4}$ totius adde ad quartam fiet 1680000000. à quo detrahe redditum primi anni & est vt dictum est igitur primo anno relinquetur creditum vxoris 1680000000. m. 1600000000 co. promerere secundo anno hoc ad 5. pro 100. & fiet totum 1764000000. m. 1680000000 co. & ita subduces prouentum totius hæreditatis & residuum vbi inscribitur secundus annus est creditum mulieris & ita in 7. annis cum tunc nihil debeat habere æquabuntur infra scripta 22513606762 $\frac{1}{2}$ & 130272135250 co. quare integrando fiet 45027213535. æqualia 260544270500 co. quare schifando fient 9005442707. æqualia 52108854100 co. igitur res valet $\frac{9005442707}{52108854100}$ & quia capitale supponitur 64000000000. quia quarta pars supponitur 16000000000. ideo cum ex capitali trahat 16000000000 co. trahit igitur $\frac{1}{4}$ in numero dele co. quare ex 100. trahet etiam $\frac{1}{4}$ in numero de co. trahet igitur 25 co. vel si non intelligis dic si ex 64000000000. trahuntur 16000000000 co. quod trahetur ex 100. & inuenies quod redditus erit 25 co. & quia 1 co. valet $\frac{9005442707}{52108854100}$ multiplica hoc per 25. & fiet $\frac{678026051}{42083354104}$ pro 100. dicemus igitur quod vsus interpretantium statutum quod vsufructus extinguatur in 7. annis, præsupponit quod fructus hæreditatis respondeant ad rationem